e-codices



non audisti. & dicis credo ideoq; scias tibi reddi filiũ tuũ; Ingressus autẽ a
postolus expandit manus suas ad caelũ. & dixit; DS abraham. ds isaac
& ds iacob. qui ad restaurationẽ nr̃am unigenitũ filiũ tuũ de caelo ad ter
rã misisti. qui nos ab errore conuerterit. & te nobis uerũ dm̃ demonstraret.
memores sumus dicentis dñi nr̃i ihũ xp̃i filii tui: Amen dico uob qm̃ omia que in
nomine meo petieritis a patre meo dabit uobis; ut cognoscant ergo gen
tes quia p̃ter te non est alius omnipotens. & uera est assertio oris mei.
excitetur puer iste; & adp̃hensa manu defuncti dixit; In nomine dñi mei
ihũ xp̃i. exurge eufronion; & confestim surrexit puer; Ad hoc fac
tũ. expauit regis cor. & statim iussit deferri coronas & purpuram
& p̃cones misit p ciuitate & p diuersas prouintias aethiopię dicen
tes. Uenite ad ciuitatẽ. & uidete dm̃ in effigie hominis; multitudo ci
uitatũ cũ cereis & cũ lampadibus. cũ timiama & cũ diuerso sacrificiorũ ritu
Scs matheus hac uoce omis adloquitur; ego ds non sũ. sed sũ seruus dñi mei ihũ
xp̃i filii di omnipotentis qui me misit ad uos: ut relicto errore simula
crorũ urõrũ ad uerũ dm̃ conuertamini; quod si me hominẽ similẽ uob
putatis dm̃. quanto magis dm̃ hunc debetis credere. Cuius me ser
uũ ẽẽ confiteor. in cuius nomine ego mortuũ hunc regis filiũ excitaui;
nunc ergo omis qui capaces estis tã euidentissime rationis. au
rũ & coronas aureas. & argentũ ab oculis meis tollite. & ite te
plũ dño fabricate. ut ibi congregamini ad audiendũ uerbũ dni; quo audito.
intra triginta dies milia hominũ fabricantes. scam ecclesiã consu
mauerunt. & uocauit nom̃ ecclesiae scs apostolus matheus. resurrec
tio. qm̃ p resurrectionẽ occasio aedificationis eius extiterat;
Sedit autẽ in ecclesia scs matheus annis. XXIII. & constituit
presbiteros & diacones & p ciuitates & castella ordinauit. & multas
fabricauit ecclesias. Baptizatus ẽ rex aegyppus & regina eius eu
fenisa & filius eius qui suscitatus ẽ eufronion. & filia eius efigi
nia baptizata uirgo xp̃i p manens; & qm̃ longũ est enarrare
quanti caeci inluminati. quanti paralitici curati. quanti lep
si mundati. quanti a daemoniis liberati. quanti etiã mortui
suscitati. Quã xp̃ianissimus fuerit rex. quã religiosissima eius con
iux. quã deuotus omnis eius exercitus. quomodo omia simula
cra. omia que te pla destructa sunt. haec omia propter nimietatẽ.
ut diximus praeter mittentes. quo ordine passionẽ scam caelebra

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 561, p. p.%2076 – Lives of the Apostles and Ancient Roman Saints / Homilies from St. Gall (http://www.e-codices.ch/en/csg/0561/p.%2076)